2122.

cessit, prout inscribit, et concedit praesentibus, tali videlicet modo quod si prius praefatum Generosum Gabrielem Trzebinski Recognoscentem Maritum, quam praedictam Generosam Cristinam Konopacka sui Recognoscentis consortem de hac luce decedere contigerit, extunc eadem Generosa Cristina Konopacka, consors sua, bona generaliter omnia haereditaria obligatoria mobilia et immobilia resque suprascriptas omnes morte eiusdem mariti sui derelictas cum omni eorundem iure dominio et proprietate omnibusque et singulis bonorum eorundem, suprascriptarumque rerum utilitatibus fructibus proventibus reditibus commodis, obventionibus, attinentiisque et pertinentiis generaliter universis, tenebit habebit et possidebit, illisque pacifice et quiete utifruetur ad extrema duntaxat vitae suae tempora, post mortem vero eiusdem Generosae Cristinae Konopacka consortis suae extunc bona eadem suprascriptaque omnia ad successores praefati Generosi Gabrielis Trzebinski Mariti sui sine ulla (contraria) contradictione et impedimento successorum praefatae Generosae Cristinae Konopacka Coniugis suae cum pleno iure eorundem bonorum praemissorumque omnium devolventur.

Feria Quarta post Festum Sancti Laurentij Levitae et Martyris proxima, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo

12/VIII

Ilnicki Inscriptionem Premisl Quietatoriam in rem Komarnickiego factam Approbat

x

N.o 2193. 1217

Comparens personaliter coram Officio Actisq praesentibus Castrensi Capitaneali Premysliensi Nobilis Michael Ilnicki Czerncowicz nobilium Stephani Ilnicki Czerncowicz, et Marinae Sozanska coniugum filiaster. Sanus mente et corpore existens à Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus bonisq suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse eliberando eosdem suprascriptos Nobiles Stephanum Ilnicki Czerncowicz et Marinam Sozanska Coniuges, ab onere statutionis sui Recognoscentis, ad approbandam Inscriptionem quietatoriam aut similem aliam recognoscendam per praefatos nobiles Ilnickie Czerncowicz coniuges coram Actis officij praesentis sub actis Feria Quarta pridie festi Transfigurationis Christi Domini Anno praesenti in personam Nobilis Fedorij Komarnicki factam et recognitam, eandem Inscriptionem Quietatoriam in toto approbat confirmat, et ratificat, atq eundem Nobilem Fedorium Komarnicki eiusq posteros, de causa et Actione Iudiciaria per se Recognoscentem, suprascripto Nobili Komarnicki et alijs inculpatis in processu Causae (cum quibus salua eadem causa et Actio praesens reservatur) specificatis: ratione per ipsos curiae sui Recognoscentis in villa Ilnik sitae, cum Gnoso Theodoro Łochowski et alijs Comprincipalibus, sub pretextu cuiusdam Iuris caduci super inequitationis, sui Recognoscentis concussionisve rerum permultarum receptionis, violentiarum ingentium perpetrationis processu Causae praemissa fusius enarrantis, ad Iudicium Tribunalitium Regni Lublinense institutâ et intentâ: nec non de protestationibus quibusuis, decretis, condemnationibus poenis Infamiarum, ea in causa obtentis, earumq publicationibus, iniurijsq et pensionibus quibusuis, ob plenariam et sufficientem sibi Recognoscenti pro praemissis omnibus 504

2124.

præstitam satisfactionem quietat, emittit, dimittit, liberumq[ue] et absolutum perpetuo pronunciat, Causam eandem et Actionem Judiciariam, protestationes omnes, Decreta, et pœnas infamiarum, cum ipsis publicationibus in toto et per omnia cassat, mortificat, et annihilat præsentibus. Sibi suisq[ue] posteris ratione præmissorum perpetuum imponendo silentium.

Ożarowski Drohojowskiemu Roborat.

804 Comparens personaliter coram officio Actisq[ue] præsentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Premyslien[sibus], Gnosus Vladislaus Ożarowski, Generosi Petri Ożarowski cum Gnosa olim Felicianna de Srzedzie Swatopełkowna Zolegrzaszycka, Præfati Gnosi Petri Ożarowski primi matrimonij Consorte legitima procreatus filius. Sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Juribus Jurisdictionibusq[ue] suis quibusvis proprys et competentibus recedendo præsenti vero Castren[si] Capitan[eali] Premyslien[si] Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se cum successoribus, bonisq[ue] suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atq[ue] subyciendo, palam libere, publice ac per expressum recognouit. Quia ipse, se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisq[ue] pecuniarys quibusvis habitis et habendis, inscribit et obligat præsentibus: Scriptum certum manuale per se Recognoscentem in rem et manus Gnosi Christophori Thomæ a Drohojow Drohojowski Vexilliferi Terræ Premyslien[sis] ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto manuali contentarum, de actu et data illius hic Premysliæ, die hodierna in Actu contenta, confectum conscriptum, et datum, manu sui Recognoscens propria subscriptum: In omnibus et singulis eiusdem scripti manualis conditionibus punctis clausulis articulis vadys ligamentis ac nexibus in universum

omnibus eidem